





2b. 15





80.

90



J. MELIDEI  
Melos Epithalamion  
ad  
D. WOLFGANGUM  
GASTONEM  
&  
JOHANNAM JOH. F. JOH. N.  
WEIDNERIAM  
Sponfos.  
M. Febr. A. Chr.  
∞ DCXXIII.



*Typis Ducalib. Lig.*  
•s(o)•





Στεφῆ. α. κώλ. ιδ.

**V**Ita cælebs Angelicis choreis.  
Par, molestas dividiâs thalami,  
Quas conjugalis tæda parit, veluti  
Nubem Aprilem Leuconotus, pepulit :  
Secura turbarum & doloris,  
Sufficiensq; sibi,  
Temerari sive solvi  
Non timet : innocuam  
Nec pollui, neq; cadere,  
Lilium ut meridianum,  
Commeminit sobolem : Sibi Con-  
Sorte [ qui thesaurus est  
Vulgo optimus ] fortiter,  
Quam exui, mavult carere.

Αντίεργος. α. κώλων ιδ.

**V**Ita conjux, auspice facta DEO,  
Grande sacramentum, in Amoris abun-  
Dantis fidem æternâ, quo amat ille Cre-  
tor Creaturam, veluti teneram, &  
Jungi abnuentem fortè Sponsam :  
Cum nemore Edenico  
Referans fibras Adami  
Ire jubet sociam  
De conjugis costis sui.  
Fors amari sunt labores :

Dulcat



Dulcat eos Amor indocilis  
Seu moveri, seu mori.  
Donumq; Celi & decus  
Liberi Matrum voluptas,

*Ερωδός. α. κώλ. ιδ.*

**P**T Patrum. Dulcis senii baculus,  
Vitæ canales Liberi,  
Fida columna domûs,  
Gliscentiumq; inde usq; ob origine sunt  
Conditores seculorum.  
Si præeunt, Superûm templa replent.  
Felix ter, ò felix quater,  
Cui talia dant Superi!  
Cui fida & amabilis est Socia  
Thesaurum habet plenissimum.  
De Spongiâ autem pectus erit,  
Quod, metu ne perdat opes, opibus  
Tam beatis vult carere.

*Στρεφὴ. β.*

**I**sta Pandoræ tamen horrificæ  
Fons malorum est innumerabilium.  
Ver prima Mater perpetuum vitiat:  
Inde sexus sequior est vario  
Affectui commancipatus:  
Colchica damna vides;  
Phariæ dolos puellæ.

Cetera



Cætera quis numeret?  
Syrtes fatigat naufragas  
Et leves Sirenas audit,  
Quem semel insidiæ subigunt  
Femininæ. subjugo  
Frustra ingemiscit dolens  
Fracta libertatis arma.

*Avliερ. β.*

**D**Ulcis Euterpe, rogo, verte stilum.  
Femina es: vexilla maligni animi  
Sexum super vibrare tuum insipidum est  
In puellas, ceu celebre specimen

Natura dotes collocando,  
Comi animo similem ef-  
Figiat foris figuram.  
Fors etiam imperium,  
Sicut palàm primas, dedit!  
Et dedit: verùm tyrannis  
Mascula prævaluit. Cecidit  
Diro uterq; astu Parens:  
Istum Deus sed male-  
Dicit; hanc subdit Marito.

*Ερωδ. β.*


**D**Orro libertas vera suos regere est.  
Omnis boni fons Femina.  
Qualis in Ortygiis

Nymphas



Nymphas præit Latonia diva jugis;  
Luna siderum minora:  
Tale decus Dominarum reliquas  
Inter creaturas nitet.  
Non regna beata Sinarum est  
Optare, nec Attalicas tabulas,  
Qui possidet tantum boni,  
Atq; ut lubet, lætus fruitur.  
Ille par est, ille Deos superat  
Cui decora risit uxor.

Στγ. γ.

uid? Cygnorum est auram habitare levē,  
Nidum amenum, pabula propitia.  
Verūm ista multis secula Læstrygonum,  
Queis reservati sumus, ecce, negant.  
Quàm vivitur parvo benignè:  
Dum neq; curta domus  
Inhibet conantis alta  
Remigium: neq; rei  
Uxorix necessitas.  
Liber agnatusq; Celo  
Spiritus orbe super graditur  
Ipse Fortunâ suâ, &  
Se major, illudit his  
Qui caducum idolum adorant.

ΑΥΤΩ.



Ant. 5. γ.



Eno, crudum pone supercilium.  
Si sinistro Jupiter è dolio  
Sortem novercam diribitor dederit:  
Una Fortunæ medicina, puta,  
Femina sola tuæ est.  
Aliquam illi portionem  
Assere sarcinulæ:  
Communicatum onus leve est.  
Seu lucernis, sive famâm ex-  
Tendere per facinus satagis:  
Illa cos Virtutis est.  
Sic Hercules Omphales  
Se in sinum fessus recepit.

Ερωδ. γ.



Partiæ, Cecropiusq; senex  
Jungunt amores seriis.  
Robur & Hectoreum  
Ignescit inter tela Agamemnonia  
Troicæ memor maritæ.  
Quis modò, cum dominantes oculos  
[ Divinitatem qui intimam,  
Ceu sidera flammeola O-  
lympi decus omne, patefaciunt. ]  
Aspexerit, non arserit?  
Quis par voluptati teneræ,

Cum



Cum volens depascitur oscula fa-  
Vis Hymetti svaviora ?

Στεφ. δ.

**D**Orge victas jam Neonymphe manus  
Haectenus fas secubuisse fuit.  
Posthac novo vivendum erit ingenio.  
Ergo, quod faustum tibi, ferus amas.

JOHANNA tandem Thalloréa

Unica digna fuit

Refugos potiri amoreis.

Innuba vita vale :

Mores abite incommodi.

Fabula est insculpta myrto :

WEIDNERIAM WOLIGANGUS AMAT.

Par venustum, par decens

Desideratos mete

Debitæ fructus juventæ.

Aruse. δ.

**Q**ualis inter Castalias corylos,  
Atq; frondes populeas micat in-  
Signis Salix, quam nulla proterva manus  
Non oves, virgulti petæve capræ  
Demessuerunt dente nequam,  
Explicat alta comas.  
Facilis sol, æquus imber,  
Ubera larga foli

Talem



Talem educarunt. Talis est  
Quam tibi tales Parentes,  
Sponse beate, dicant propriam.  
Quanti amoris pignus est!  
Euge æstima, & si sapis,  
Hunc amorem pensa amore.

*Ewad. d.*



Ratulemur. Laurus in igne crepat.  
Æternus & felix Amor  
Excubet à latere.  
Stillent beatæ dulcia vina Canæ  
Myrteatos in Penates.  
Immineant thalamo sancta Fides  
Et laureatam candida  
Pacem comitata Salus.  
Et quod caput est, novus exhilaret  
Hinc Surculus lætos Avos  
Lætos Parentes, incolumi  
Flore, fructu perpete conspicuus.  
SPONSE VIVE! SPONSA VIVE!

*Rapsum*



*Echimi kalubre ming  
18/11/18 Scorpioides*



*Ja 666*

**ULB Halle** 3  
002 177 021



*5b-700*

*Von 7*

*MC*









Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



...EI  
...amion

...NGUM  
...EM

...JOH. N.  
...AM

...hr.

Lig.



80.

90